



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

18 Decreta Collegij Aduocatorum Consistorialium super admissione noui
Aduocati

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

tertiam Martini V. §. 14. exigentem in primis, quòd recipiendus, sit Doctor Iuris famosus: secundò quòd post Doctoratum ab eo receptum ad minus legerit per triennium: tertio quòd sit commendatus de vita, & morum honestate, alijsue virtutibus: quartò quòd mundæ sint manus eius, & bonum habeat testimonium: & §. 16. quòd publicè suæ doctrinæ experimentum faciat. Quæ constitutio licet ibi loquatur de Auditoribus Rotæ, idem tamen seruari mandavit quoad Aduocatos Consistoriales in §. 28. Nec non *etiam per Constitu- 18
tiones antiquas ipsius Collegij Aduocatorum, quarum Altera

C sic

sic se habet . Statuimus , & or-
 dinamus , quòd decedente aliquo
 Aduocatorum de numero , ita quod
 numerus duodenarius non sit in-
 teger , prior , qui tempore erit , te-
 neatur conuocare , & congregare
 facere Collegium Aduocatorum ,
 & proponere quòd in admissione
 fienda de nouo Aduocato debeat
 diligens inquisitio fieri de aliquo
 celebri Doctore , in altero Iurium ,
 vel utroque , etate matura , mo-
 ribus graui , bonæ opinionis , &
 fame , & conuersationis honestæ ,
 qui sit de legitimo Matrimonio
 natus , & graduatus fuerit in
 altero Iurium , vel utroque per
 quinquennium , & gradum Do-
 ctoratus susceperit in aliquo Stu-
 dio generali , & per quinquen-
 nium

nium continuum legerit in altero
 Iurium, & qui alias qualifica-
 tus sit iuxta Constitutiones Apo-
 stolicas desuper editas, & talem
 sic, ut præmittitur, qualificatum,
 Decanus, & Prior, qui pro tem-
 pore erit cum duobus, vel pluri-
 bus deputandis per Collegium no-
 minent secundum resolutionem
 Collegij Pontifici, qui pro tempore
 erit, & eidem supplicent, ut de
 tali sic qualificato provideat in
 locum Aduocati prædefuncti; quæ
 resolutio colligi debeat secretè per
 A. vel R. ad propositionem Prio-
 ris, & non alias &c. Altera * 19
 verò sequens ita loquitur. Sta-
 tuimus, & ordinamus quod de-
 ficiente numero Aduocatorum Ad-
 mittendus pro complemento nu-